



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXV. Pactum inter parentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

integritate seruata reddantur. Vnde conuenit nobis, ut duas epistolas uno tenore cōscriptas, exinde conscribere, vel adfirmare deberemus: quod ita & fecimus. Vnam quidem iam dictus patruus suus secum retineat, alteram vero aliquis homo, nomine ille, de manu nostra, vel iam dicti pupilli, suscipiat, ut futuris temporibus, Deo auxiliante, sub testificatione bonorum virorum, qui subter tenentur inserti, per ipsam cum omni integritate omnia sua exigere debeat.

XXV. PACTVM INTER
parentes.

Charitatis studium & dilectionis affectus inter propinquos decet, ut quicquid de rebus eorum inter se diuiserint, scripturarum serie alligetur, secundum Romanam legem ordinatēm, ut quicum-

que in ætate perfecta pactionem,
vel definitionem per scripturam fe-
cerit, & hoc quod fecit implere ne-
glexerit, aut contra eam ire præsum-
pserit, infamis vocetur, & ipsam
causam agere non permittatur, at-
que pœnam statutam cogatur ex-
solvere. Igitur placuit atque conue-
nit inter illum, & germanum suum
illum, ut hereditatem paternam at-
que maternam inter se diuidere, vel
exæquare deberent, quod ita & fe-
cerunt. Accepit itaque ille in por-
tione sua villas nuncupantes illas,
sitas in pago illo, cum terris, ædifi-
ciis, accolabus, mancipiis, vel cætera
quæ sequuntur. Similiter contrà, acce-
pit ille, in compensatione portionis
suæ, villas nuncupantes illas, sitas in
pago illo, cum terris, ædificiis, acco-
labus, mancipiis, vel cætera quæ se-
quuntur. Hæc quidem omnia vna-
nimiter consentientes, pars parti-
tradi-

tradidisse, vel consignasse cognoscite, ita ut quicquid post huc diem vnuſquisque de hoc quod accepit facere voluerit, absque nostris repetitionibus liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem. Et si aliquando aliquis ex nobis, aut heredibus nostris contra has epistolas aliquid agere, vel refragare praesumpferit, eius repetitio nullum obtineat effectum, & insuper contra cui litem intulerit sol. tantos componat, & praesens pactio vel definitio, cum stipulatione subnixa firma permaneat.

XXVI. COMMUTATIO.

In ter quos charitas in libata permanserit, à parte parti beneficia oportuna præstantur. Ideoque placuit atq; conuenit, inter inlustrem virum illum, & illum, ut loca aliqua inter se commutare deberet, quod

Y